



H. x 4451. (Wist. 99)

H. x 7688 (W. 186)

Johāns Sömersfelt sum

Inven. 192 - 195

Bibl. Jan.



192 - 195

Jnc.

J. IX. 50 c, d, e

Thimungu p. li. d. 30

H. x 4451.

H. x 7688

7

Gudethmus Vowillong
in 4 Senar

Honorius in Antica Cantho

Philobiblon et Sigillum R. regis

→ rob. Inc. 340

→ rob. Inc. 2021

Zeolai secundini uiri doctissimi liber de familia
Autumanorum idest turchorum ad Cneam Senarū
Episcopum

Esio an hoc in loco hys temporibus
gracius quicq; mihi aut optacius cōtin-
gere posset: q; eiusmodi michi adferre
occasionem in qua tibi p̄stantissimo atq;
eximio patri morem gerere et pado a
liquo uoluntate obsequi tue: mee preterea erga
te: deuotionis: ueneratione: obseruac̄ie: fidei: docu-
mentum aliquod edere: & testimoniū exhibere possē
Id enim tua singularis humanitas: tua egregia
uirtus: tua auctoritas: dignitas: doctrina: mores: in-
genium: uite nominisq; celebritas: et in me p̄cipu⁹
quidam amor et haud obscura caritas et beniuolē-
tia honesto iure exigere ac efflagitare uidentur.
Quāobrem mihi magnoq; gratulor quod id mihi
ultra uidebatur oblatū & sua sponte feliciter ortū
quod ut eueniret: uehemēter optassem & ad quod
adipiscendum quousq; labores haud inuit⁹ sumere
ne utiquā recusassem. periūsi namq; a me ut eorum
tibi nomina darem qui Machumete regi Turchorū
a primo dom⁹ et familie auctore maiores fuisset.
Ita e⁹q; uita et nomine designatis ut loco & ordine
quis cui succedisset intelligere posses. itaq; ut pau-

lo alcius repetam paucis tamen ne hyſtoriam cō
tegere uidear: ad te preſertim cui pro ea que in
te ſita eſt doctrina et diligencia: penitus iſta nota
explorataq; ſunt:

Sequitur Turcorum Origo:

Turcorum gens: ab āniz Septētis aut
ſupra a Scythiis qui trās tanaym aſiā
uerſus: nulla ſtabili ſede: nullis urbib;
nullis certis et ppetuis domicilijs: Cā
poſſetētes uage paſſimq; incolere ſoliti ſūt: Ori
ginem trahit: et ueluti riui⁹ quidam: ex fonte inde
emanalle uidentur: Huic rei argumēto eſſe poteſt
quod primo pontum et capadociam tranſgreſſi: ad
reliquas inde finitimas partes ſeuſim illapſi ſūt:
Accedit uite morumq; ſimilitudo: habitus: cultuſq;
corporis: equitandi ſagittandi; ratio: et omnino rei
militaris: Communis quedam et patria diſciplina: et
quod ſi ulla dubitatōe cuiq; probari poſſit: Lique
ipſius atq; uſus loquendi cognatō: Ex patria manu
primo latronum more: claudeſcit: quibuſdam ex
curſionibus: et inſultibus uires ſibi uendicare cona
ti: Confluente ſubinde ut ſit huiuſcemodi generis
hominū multitudinē: occupatis oportunis quibuſcūq;
montibus clauſtriſq;: Vnde per occaſiones facile ir

ruptiones fieri possent: Usq; adeo emerferunt: ac
 sublatis sunt animis: ut palam iā et pari Marte: ad
 uersum finitimos de agri possessione certare non
 uererentur: Deniq; pcedente tempe sue negligē
 tia Grecorum: quorum de re agabatur: siue fatali
 quadam necessitate & rerū uarietate humanarum
 Siue permissu celestium aliter iam de huiusmodi
 imperio p̄scribentium: Ita celere succreuerē cur
 su: ut opinione omnium citius non modo pontum
 et Capadociā: Verum Galariam: Bytiniā: Pam
 philiā: Pisidiā: utraq; Phrygiā. Cilices: Ca
 res: & eam Asiā que minor uocatur: ad oras usq;
 Jonie et littora greci nuncupati maris occuparint
 & in suam potestatem redegerint Nec unū quendā
 principem: Sed alios alij duces et uaria auspicijs
 quali perſecutiones secuti:

Mtumanus Primus Turcorum Rex

P̄ hac itaq; gente Vigelimum ab hinc &
 centesimum circiter annū: Mtuman⁹ qui
 dā exigui tū cens⁹: & obſcuri inter p̄uatos
 rōis excolledicio quodā & gregario milite: nō ingē
 ti manu propter ſedicionē cōſlata: Crastari paſſim
 et que uallare poſſet predabundus inuadere neq;
 reliquias criſtianas ſolum uexare atq; p̄ſternere

Verū etiā homines gentiles: ipsos sue gentis cū
ullo discrimine armis infestis petere et qua dare
tur populari et sibi subdere accepit: Jā enim Duc
torum ipsi duces: ac principes dominandi cupidita
te: et plura habendi libidine commoti: sese invicē
infestare ceperūt: et eo usq; superandi studio ac vi
res hostiliter exerceendi prouedi sunt: Et bellū do
mesticum: intestinumq; omnibus viribus gerere vi
derentur: Hanc Otumanus ille nactus occasione
que moribus utiq; et libidini sue congruerent: ac
pdonā uideretur posse suppeditare materiā accer
itis Vrdig ommb; qui p ingenio prede rapinarūq;
percupidi essēt qui ue studio quouis opprimēdi: spa
liandig flagrarent: auctoritatem breui et nomen
adeptus ē: oppida quedā per oportunitatē aggress
sus: alia vi cepit: alia deditione subegit: nōnulla ut
metū incuteret reliquis diripuit: atq; euerit: Et
hinc futuri incrementi non admodum aspernanda
fundamēta: Solerter iecisse uideretur: Ei cum o
uita discessisset:

Secundus Rex

Rhanez succedit filius qui ambide et
audacia patri non erat ablimilis: Ce
terum disciplina rei militaris longe pe

ricior: copys apparatusq; opulencior: et instructior
 Nam liberalitate animi: facilitate morum: dexteri-
 tate quadam: Ingeny felicitatis: et bene probe
 q; imperandi comoditatis oppinione: ingentem sibi
 undiq; multitudinem comparauit: quorum animos
 semel ad se prosequendum: allectos: atq; conciliatos
 populari deinceps facilitate quadam comitate: co-
 suetudine: atq; largitioibus mirum immodu in offi-
 cio retinebat: quo factum est: ut rem inchoatam a
 patre: suapte ipse industria: diligencia: Audio: cura:
 prudentia: comode prosecutus auferit: et longe la-
 teg eueferit ac propagarit: eum mortuum

Amurates Tercius Rex

Amurates filius sublecutus est uir sane
 robore: animi: laborum tollerancia: disci-
 plina rei militaris: industria et ambicione superio-
 ribus haud inferior porro uastitate quadam callidi-
 tateq; longe superior: Quippe qui famulandi disci-
 pulandiq; egregi⁹ esset artifex: et fallendi magister

Greci diuisi inter se

Sorte ea tempestate inter grecos ingens erat ex-
 orta dissensio: et intestine acriter agitabatur discor-
 die: atq; sedes: Duo enim fuere: qui tam et si diuer-
 sis auctoribus procreati ortis essent: Vterq; tamē

ea stirpe se natum: affererat: ut ad se ius imperij
spectare et sibi competere affirmaret: Horum utrumque
ceteris suo quisque Audio et amor secuti: pugnaciter
dimicabant: Tum alter qui se uinci superarique ar
bitraretur: Cupiditati: et Audio suo temere obsecu
tus: adeo enim ultiscendi libidine: Cecus inpreps
transuersus uisus est agitari: ut honeste ne et ex re
sua: an secus id faceret minime cogitaret: Amura
tem ipsum ad partes suas tutandas: precio: pollici
tationeque: facile illectum: ex Asia accersuit: neque enim
magni fuit negotij ei persuadere: qui sponte ad hec
promior iam diu inhiaret: totumque propenderet pec
tore: Hunc itaque et copias eius mature Intraciam
per Hellespontum traduxit Ea condicione: Ut
consummato confectoque bello. Flauigio rursus.
per Hellespontum remitteretur: Hoc pacto. Tur
corum gens: Amurate principe. Grecorum ductu
et opera in Thraciam ex Asia cum armis traiecit
Verum cum Amurates ipse non quid promiserit. Sed
quid sibi posset conducere: animo uolueret: Saga
riterque longe prospiceret: Consulto bellum pro
trahere: et indies cauendo differre. procrastinare
que cepit: Ratus hinc fore. Ut Grecorum uiribus
diuturnitati belli: et discordiarum atrocitate: utrinque
consumptis. eneruatisque: ipse integer fractos iam et
defensos illos adortus: facile superaret: atque oppri

4
meret: nec eum sua fecellit opinio: Vbi igitur
diuturno bello mutuisq; contencionibus deficere
grecos. et infirmari animaduertit domesticis deni-
q; opib9. penitus iam exhaustis nutare et sibi pa-
rum subsistere sensit: Extemplo uersis ut aiunt
prioris: arma in eos sine ullo discrimine per occasi-
onem conuertit. Amurates: Occupato autem
Calliupoli oppido. per opportune. In Cherroneso
ad Hellsiponti fretum sito. Cetera greca oppida
armis infestis petere agros uastare predā agere
runda passim inuadere: nec iam amplius dissimula-
ter rem gerere. Sed palam sibi et posteris suis
grecorum polliceri imperium: et ad id occupandū
omnes cogitationes cōsilia. opes ac nervos inten-
dere. Hinc effectū ē Ut nullis ferme obsisterē audē-
tibus facile et sine magno negotio magnā Thra-
cie partem: ditione sue subiecerit:

Palaites Quart9 Rex Turcorum

S uita defunctus duos reliquit filios ad Capit-
lendā rerum administrandem. patrieq; expe-
ditōis reliquas exequēdas. tum etate. tum discipli-
na. tum et ingenio peridoneos. quorū alteri Sol-
manus: alteri Palaites nomen erat. At Solma-
no extincto. res uniuersa ad Paliatem deducta ē
qui peracri fuit ingenio. rerum maximarū pēpi-
tus in rebus arduis: Capellandis audax. In eadem

instruendis solers: In laboribus perferendis infatigabilis. In occasionibus prospiciendis accuratus et sagax: In exequendis celer: ac perseverans: animo fortis: corpore strenuus: belli appetens: quietis impaciens: glorie avidus: In periculis obventis promptus atque impavidus: In hostibus fallendis versutus: et uaser in dolis fruendis: et hoste insidiis opprimendo percallidus: Contra in hisce presagendis euitandisq; ac hostium: Consilijs preuertiendis cautus atque prouidus: In omni re nauanda presentia animi: laborum tollerancia: usu exercitacione consilio mirifice instructus: atque imperio uat9. Hoc ingenio: hac disciplina: hoc usu: hys moribus: prospere propter ea fortune afflatus adeptus: Usq; adeo nouelli regni fines breui temporis spacio pduxit et extulit: Ut Thraciam uniuersam. Thessaliam Macedoniam. Phocidem. Boeciā. Atticam occuparet: et sui iuris fecerit: Milos quoque Illirios. tribulos assiduis excursionibus crebris repetitisq; populacionibus. oppugnationibus: prelijs deiecerit. et infirmarit. et alios quidem subegerit: alys tributa quot annis exhibenda indixerit nonnullos ut ad prescriptum arma et milites daret coegerit: et tot tantaq; ac tantopere opulentes prouincias. patriam et aucto regno adiecerit: Byzantium deniq; urbem regiam adeo omni agro. suburbanisq; delirys spo-

liant. tam et perdifficili obsidione uexauit. atq; ex
cruciauit: Ut iam Imperator ipse Cum omnibus
ferme ciuitatis principibus. auxilia fidelium me
dicaturus. profectus peregre in Italiam et usq; in
superiorem Gallia accesserit Reliqui uero ciues
omni presidio destituti. fame ualida supra modum
urgente: et bello atrocissimo uigente et indies acri
us et hostibus undique frementibus desperata salute.
de deditione agere ceperunt. perissentque uimurum:
ac in hostis leuissimi potestatem uenissent.

Temerlanes Rex Scytharum

Si Temerlanes ille Scytharum potentissimus rex: instar
torretis: ipso in cursu. ac impetu. cuncta prosterne
do: atq; uastando Palatium ipsum omni apparatu
et copijs occurrere et relucari conantem in Asi
am reuocasset: ubi instructa acie: collatis signis:
Celiberrima illa pugna utrinque fortiter dimicatum
est: At Palatium ipse impar profecto uiribus: et si animus
minus deesset. Infeliciter preliatus: ingenti orage
superatus. captus tandem atq; dimissus. paulo post die
obijt:

De Captiuitate Regis Turcorum

Qua hanc cladem acceptam. omnes pene
filijs eius. qui complures erant. in potes
tatem et manus Gregorum uenerunt. Cum

enim ex Asia ob calamitatem patris periculū eun-
suri In Thraciam traicere contenderent: in fla-
ues Grecorum. inciderunt quibus tum fretum et
transitus custodiebatur.

Contra Hunc duxit extra Citū
Sigismū⁹ Rex p⁹ea Impator

Alapin⁹ itaq; ceteris natu maior. emiss⁹
a Grecis patriū regum obtinuit. aduers⁹
quem rebus iam: Turcorū cassatis & pe-
ne fractis. Sigismundus Inclitus: eo tempore
Pannonie superioris rex. post uero dyademate et
corona pro more a pontifice maximo Insignitus
Impery. Ingēti conflato exercitu Danubium am-
nem traiecit: Verum pri⁹ q̄ uniuersis copys in
Oruda. ex ordine acie. signis collatis. cum hoste iā
pauit ante prelium iriretur. leuitate petulantiaq;
Callorum. et praeiipiende pugne insolēti cupidita-
te tumultuose fusi⁹: castra: & impedimenta reliquit
et hostib⁹ acriter insequentib⁹: infugam cōuers⁹
ux per danubium lacrimanda rei xpiane calam-
tate. paruo nauigio: turpem sibi adinuenit salutē
Hec tā ingens clades: tam grādis nota tantopere
tetra. ignominia. magnas profecto uires et ingēs
robur hostiū animis uisa ē. addidisse ut hinc inflan-
tatis animis audaciores: efferaioresq; effecti: ad

6
maiora patranda induerint animum:

Sequitur de Orhane:

Alapino post hec mortuo: Orhane filio
tenella etate adolescentulo. quorundam
principū ductu: regnum occupare conati:
Moyses patru: armis infelle occurrit. et magis
p̄ ditione q̄ pugna adolescentulum oppressum ex
tinxit: haud multo post et ipse nullo suspecte filio
desideratus est:

Primus hoc nomine

Machumetes Quint⁹ in ordine Rex

Hic Machumetes frater subleuat⁹ reg
num incruente adeptus est. Is tum armis et dili
gentia. tum dolo et astucia regnū non modo terra
marisq̄ diu incolume tenuit. uerum etiā adauxit ue
hementer. Glaccys ferocissimis et bellicosissimis
nationib⁹ trans danubium mare uers⁹ euphratē. la
te dominantib⁹ bello pri⁹ et crebris excursiōib⁹
labefactis atq̄ attritis tributa graua imperauit
Nonnullos regulos Turcos in Asia ui armisq̄ op
p̄llos regnis penit⁹ spoliavit. Eo exinde mortuo:

Amurates Secund⁹ rex in ordine sept⁹
cū quo Polonie Rex inclit⁹ plū inuuit.

Muratem filiū: qui p̄ id temp⁹ in Alba

moraretur et patris audita morte. per Hellespō
tum in Traciam traicere conaretur. reliquum reg
num occupaturus Imperator Grecorum trece mi
bus et maritimo apparatu diu prohibuit: Nulla
pham quoq; reliquum ex Pasiante filys ut rerum
potiretur emisit: et summa ope prosecutus est. At
Musapha superato pugna. ac interempto: Amura
tes uictor. uniuersum regnū is cōsecutus prius fretus
opibus: fortuna quoq; propicia usus: quēcūq; incep
ta eius mirifice secundante. clara facinora edidit
Thessaloniam: illustrem grecie ciuitatem. Antiqui
tate: splitudine: auctoritate: pulchritudine: amenita
te: religione: opibus: oportunitate: situs: tum terra
tum mari: Celebritate populi: prestantia dignita
teq; Ciuium: Imprimis insignem ui captā expug
natamq; penitus diripuit: Tempia pulcherrima et
ditissima expilauit: Sacra profanauit: opes orna
mentaq; per antiqua exhaussit: Hac tante urbis uic
toria audus Epyrum: At Etoliam: non obscuras
provincias indicionem suā redegit: et reliqua reg
na addidit. Iliricorū agros uassauit: Oppida mul
ta ui cepit atq; expugnauit. alia indicionem ueni
re compulit: quedam funditus euertit. Tribalos
pene subegit: aduersus pannonios quos: nostra etas
Vngaros uocat. sepe acie instructa confligit. et dū
primis copiarum congressib; facile uictus ipse u

7
deretur et ful? quo pacto uelcio: uidor demū eus
dere poterat.

De Vladislao rege Polonie precla
rissimo. qui tūc occubuit in plio. cū Ju
liāo Cardinali sēdi āgeli legato aplo:

¶ Calamitosa illa uarnensi pugna: Rege in
clito Polonie Vladislao: Ppianum: ducēte ex
ercitum. fule pri? fugateq; amurate copie sūt
ne primum quidem Ungarorū impetum sustinere
potuerunt: Ubi uero Rex ipse castra et Amuratē
iam exterritum neq; regno modo sed uite quoq;
ipsi timentem. optimatum ac procerum mouēs ag
men utpote uidor inuadere penit? opprimere p
rexit. damno sui capitis et Ppiane rei ingenti iac
tura. et uulnere. manu ipse hostili oppress? et in
terempt?: uictis iam debellatisq; hostib?. neq; sibi ul
lam futuram salutem sperantib?. Insperatā et il
lustrem uictoriam prebuit.

Amurates

Paulo post Amurates Corinthiacum istmum qui
uulgo Hexamilium dicitur: summa ui expugnauit
et penit? diruit Peloponnesum inde ingress? In
gentem ac desolabile Calamitatem Grecis inuep
it. oppida multa cepit concessitq; militi diripienda p
nam maximam egit. Multos Jūbini funda? deme

litus ingressum patefecit et Heloponnesum ipsam
pene insulam terrestribus copys illac inuadendā
per uiam effecit proinde Grecis uix tollerandam
pecuniam imperauit: pacisq; cōditiones illis: ex lē
tencia prescripsit. domum inde reuersus nauales
copias et maritimos apparatus exauipit. Domesti
cum cultum. & regiam suppellectilem. ampliorem
lautiorēq; reddidit: Vita deniq; functus Subditis
atq; genti pertrisse desiderium sui reliquit:

Secundus Machumetes Septim⁹
in ordine Rex: et ultim⁹: Qui modo
Imppissime leuit in Fpianos. Is Cō
stantinopolim cepit: Sub Anno In
carnacionis domini Millelmoqua
dringētesimoquingagesimotercio:
Ultima mensis May.

Achumetes subinde filius qui inpresen
tia rerum potitur. gubernaculo regni ex
uoto adept⁹: Instituta totius regni pro
ingenio correxit: Leges ipse suas domi forisq; at
tulit: erarium locupletauit: noua uestigalia exco
gitauit: copias auxit. inproceres et aulicos leuire
contumeliariq; cepit: Expeditionem aduersum
Constantinopolim diu animo uoluens: Castellū

8
iuxta litt⁹ ad hostium Golpiori paulo ab urbe re
motius: Aliud dissimulans incredibili celeritate
extruxit atq; munivit. bellum deinde urbi non in
dixit Sed cōtra imita federa. cōtra iusiurādū sū
atq; intulit et gerere cepit. Innumerus demum
pene coactis ūdig: copys mirabili apparatu. formi
doloso animi impetu. terra mariq; aggress⁹ eā cu
niculis ac latentib⁹ fossis altissime adis agere la
te edito. ponte qua peram opidum uersus mare
muros alluit longitudinis ad duo milia passuum
raptim extructo turrib⁹ ligneis. eo usq; erectis. ut
muros urbis qui altissimi essēt excederēt: Machi
namentorum tormentorumq; multiplici adhibito
genere. Post quartum et quinquagesimum diem
Summa uī et extrema pugna cepit penitusq; diri
puit: Imperatore ipso ingressu hostiū confosso atq;
extincto: principes optimatesq; captos: Crudells &
Saguiuari⁹ Carnifex: fede misereq; iugulari ius
sit. quis satis pro dignitate rei tante urbis casum
tantopere deflendā calamitatem: tot tantaq; ab
hoste rabido in sacra atq; prophana: in uiros ac mu
lieres perinmanitatē et scelus passim patrata. fa
cinora: ul⁹ memorare uerbis uel lacrimis psequi
uel orationi complēdi queat: Peram subinde illu
bre eregione urbis apposite situm opidum: opulen
tissimam et claram Genuensū Colonā tāte ur

bis clade tam inprovisa calamitate. tam uicino ex-
cidio territam et deiectam per dedicionem: Cepit
eius demoliti⁹ pulcherrimos muros Tempia spo-
liari Sancta uiolari. reliquum ornatum ciuitati ad-
eimi Cues alioquin tetre et indigne uepari per-
misit. Quib⁹ ad hanc diem proch Stelus nequiter
et nepharie dominatur: hac felicitate hoc prospe-
ro rerū cursu uehementer elatus: magna aduer-
s⁹ Xpianos moliri uidetur: magna uersare animo
formidanda minari nefanda appetere per magna
deniq³ sibi et genti sue promittere non ueretur
eius audacie: et impotenti cupiditati nisi xpiani no-
stri peculiari et domestica grauitate sua auctori-
te illustri Singulari prudentia: freti consilio: ar-
mis: opib⁹: terra mariq³ perpropere occurrere in-
duperint animum: uehemēter utiq³ dubitandum est
& reb⁹ horret animus dicere. timendū sumopere
Quid enim per immortalem deum nō assequetur
dominandi libidine et ambitione inflammat⁹ Iuue-
nis glorie et nouarum rerum percupid⁹ animus
fortuna armis. opibus domesticis. & quidem nō fa-
cile cōtempnendis fretus: Si ignauos insuper Si
inertes: Si sopori atq³ desidiē deditos Si saluti
sue min⁹ prospicientes hostes offenderit quid ei
non fuerit facile aggredi Et sine maguo nego-
cio uincere: Venit usq³ opprimere. nemine repug-

9
nante Sed de hys hadenus uerq; enim de hys
differendum mihi proposui et satis superq; iam
a plerisq; grauter et prudēter oratū est Quotti
die deniq; hac de re pulcherrime uerba fiūt qui
bus uel qui natura hebetes: et lauidi sūt: excita
ri protin? debeant: et ad arma precipites haud in
iuria procurrere possint: Rerum iam rerum nō
uerborum egem? nec oratione amplius: Sed fac
to opus ē: Quid enim attinet in uerbis apte Aru
ēdis: In oracōe expoliēda tempus ne quitq; tere
re: ubi res ipsa acriter urgere uidetur: ubi circū
Arepēcia hostis arma adeo instāt: ut Stimulos nobis
inire et faces quodāmodo adiuuere uideri de
beant: quib? uehementissime lacessitis exurgere
animis: et ad operam nauandam ad arma rapien
da: ad uires exercendas: opes effundendas: uitā
deniq; ipsam fortiter exponendā et quibuscūq; pe
riculis obiectandā deberem? Vbi presertim cer
uicib? impendens: Calamitas arguci? garrire di
uci? orare: et uerbis indulgenci? insistere nō per
mittit: nō sinit: Vbi hostis ipsi? accerrimū Quidū
assidua meditatio: uehemēsq; cupiditas: magna in
dies aduers? nos molientis. exogitantis. Aruētis
fabricantisq; periculi futuri nos commonefacere
possit et uel sopore pressos et alto somno ac tutū
experge facere preterq; Si uetordes prors? Si

Solidi sumus et nisi insania penitus et atrabili la-
boremus. ut talē pestē auertite terris: Euidē
pater reuerendissime ut tibi obsequer. ut uolū-
tati tue gererem morem. ut tuis tandem manda-
tis obtemperarem. ut iussa caperem. mearum
parciū munus exīle quidem in cōptū ac tenue. fa-
teor et te tuisq; auribus parum dignum. libenter
tamen atq; impigre sum exsecutus. Hinc itaq; faci-
le percipere potes. q̄ celeri cursu. q̄ breui rerū
curriculo execranda & barbara ista gens Otuma-
no principe: obscuris peregrinisq; exorta pri-
mordys. quorsum tandem euaserit. quot quantas
q̄ res apprehēderit. quos teneat occupetq;. quib;
indigne & spurcissime dominetur. quib; imminet
quo iam ire. quo se insinuare impudentissime pgit
Verum si ab Otumano domus huius auctore inci-
pere uis his omīssis qui nullo herede supstite de-
cessere reliquos ordine recensendo Orchanem
inuenies secundū Amuratem maiorem tertium
Basaitem quartū Machumetē superiorem quintū
Amuratem iuniorem Sextum. et Machumetem
hunc postremo septimū. qui utinā ultim⁹ et postre-
m⁹ omnium sit: ne ue pestis hec ulterius serpere ne
ue terra colluuiōe ac lue reliquias decoris & pul-
chritudinis crassiae fedare inquinareq; possit. quē
cruce triumphali atq; sanctissima preuia uiribus

fideliū et uirtute oppress⁹: prostratur et ex-
tinguatur: et ut horrendum monstrum detestādū
et exitialē prodigium epī regis nostri saluatoris
et dei ueri insuperabili auxilio tollatur fundit⁹
et radicitus extirpetur: Vale:

Explicit Tractatus Nicolai Secun-
dini de origine et familia Turcorum

Johānis Sömerfelt sum



et ad hunc finem
et ad hunc finem
et ad hunc finem
et ad hunc finem
et ad hunc finem

et ad hunc finem

et ad hunc finem

et ad hunc finem





